

cunia victus. Consul legem de sumptibus et libertino- 5
 rum suffragiis tulit. P. Decium praetorem transeunte 6
 ipso sedentem iussit assurgere eique vestem scidit,
 sellam concidit; ne quis ad eum in ius iret, edixit.
 5 Consul Liguras Tauriscos domuit atque de his trium- 7
 phavit. Censor viam Aemiliam stravit, pontem Mul- 8
 vium fecit: Tantumque auctoritate potuit, ut Opi- 9
 mium contra Gracchum, Marium contra Glauciam et
 Saturninum privato consilio armaret. Idem filium suum, 10
 10 quia praesidium deseruerat, in conspectum suum vetuit
 accedere; ille ob hoc dedecus mortem sibi conscivit. □
 Scaurus senex cum a Vario tribuno plebis argueretur, 11
 quasi socios et Latium ad arma coegisset, apud popu-
 lum ait: Varius Sucronensis Aemilium Scaurum ait
 15 socios ad arma coegisse, Scaurus negat: utri potius
 credendum putatis?

Lucius Apuleius Saturninus, tribunus plebis 73
 seditiosus, ut gratiam Marianorum militum pararet,
 legem tulit, ut veteranis centena agri iugera in Africa
 20 dividerentur; intercedentem Baebium collegam facta
 per populum lapidatione submovit. Glaucia praetori, 2
 quod is eo die, quo ipse contionem habebat, ius di-
 cendo partem populi avocasset, sellam concidit, ut
 magis popularis videretur. Quendam libertini ordinis 3
 25 subornavit, qui se Tiberii Gracchi filium fingeret. Ad 4
 hoc testimonium Sempronia soror Gracchorum pro-
 ducta nec precibus nec minis adduci potuit, ut dede-
 cus familiae agnosceret. Saturninus Aulo Nunnio com- 5
 petitore interfecto tribunus plebis reffectus Siciliam,